

Vir magnifice et excellentissime,
Patrone omni pietate colende!

Inopinata in ordine Philosophico mutatione facta, litteris supplicibus, Spectabili domino ordinis vestri Decano heri traditis, submisisse petii, ut in designandis novis ad Spartam a celeberrimo Hallbauero relictam Candidatis mei quoque ratio habeatur, quippe qui nunquam non in parae latinitatis studio fui occupatus. Quia igitur crastino die novae designationi tempus destinatum est, meam, Patrone venerande, causam obsequantissime rogo, agas et alios vestri ordinis Mecaenates auctoritate tua permoveas, ut eandem, quam in TE veneror, prolixam mentem ^{michi} indulgeant. Ipse TE, vir magnifice, hodie convenissem, nisi oratione sacra propediem habenda, aliisque negotiis impeditus, istud submissi clientis officium differre

091270V

vel inuitus coactum me uiderem. Sequentem autem, si Deo
ita uisum fuerit, Solis die ut aditus mihi ad TE pateat,
permittet spero tua, de qua satis certus sum, benignitas.
Vale, Patrone uenerande, et faue

Magnifici et excellentissimi nominis Tui

cullori obseruan
tissimo.

Tab. e Museo Diez Dec.
1740.

M. Ioh. Christoph. Mylio.

At Sa Magnificence,
Monsieur le Professeur
Stolle,

Mon tres honoré Patron,
chez lui

162